

171  
118  
Ex literis M. Danielis Scepri ad Joh. Praetorium  
Breslae 22. Maji 1589.

Quod quæris de liberis Magnif. Dni s. Andrea Dudithii, bre-  
viter sic habeto. Ex prioris conjugis tres liberos reliquit;  
Andream maximum natu filium, qui jam est in Polonia,  
apud Archiducem Maximilianum, cujus aulam sequi cupit. Magda-  
lenam filiam, quæ domi adhuc est, et Maximilianum,  
qui versatur jam in schola Gœrligensi. Ex hac autem uxore  
liberi superstitēs sunt quatuor; filia unica Regina, et  
tres filii Alexander, Daniel et Hieronymus, qui omnes  
domi adhuc educantur; optima ac generose indolis, in quibus  
Daniel, licet corporis viribus omnium maximè sit imbecillus,  
ingenio tamen excellit.

Thomas Savellius Johanni Praetorio Mathem.

Professori Altorphium.

119  
S. D. Pro gratissima et optatissima tua epistola, Praetori optat.  
et Clarissime, reddam tibi bretem atq. acerbum munusculum. Prædix  
incomparabilem, quam eam accepi, qui dies apud nos 23. Febr.  
numerabat; virum incomparabilem Andream Dudithium, his  
infelicibus oculis morientem aspexi. Mortuus est, animi ac  
liberis & circumstantibus Christum Jesum salutis nostræ autho-  
rem perpetuo invocans, eo fere modo, quem et prædixerat  
sibi sepe et optarat, cum non totis horis duabus decubisset.  
Medicis ut sit, de morbo dissentientibus, quum alii pulmonum  
apostema, alii apoplexiam esse esserent, cum tamen in vo-  
cem et sensus integerrimus ad extremum usq. spiritum usq.  
parit; Prasagia, quæ mortem ejus præserant, quanquam in-  
vity commemoro, unum tamen prætereire non possum, quod  
panis antequam mortuus est horis, cum de misero quodam  
quærendo, quem sepe sollevare solitus erat, Ministri diligen-  
tissime mandasset, nec cum reperire possent, comotior, nihil,  
inquit, eras eum sollevare non erit integrum. Quo tempore  
nullam tamen doloris aut morbi sensum eum habuisse constat.  
Vixit annos 56. et dies 7. Breslae prid. cal. Martij Anno  
Gregoriano 89. p.